

GABRIEL MVDEVS IVRECONSULTVS LOVANIENSIS.



suos honeste sepultus fuit. Anon.

**G**Abriel apud Belgas honesto loco natus fuit  
Anno 1485. Is à pueris animum ad bonarum  
artium studia cōuertit, atq; magnum eorum usum  
sibi comparauit. Postea quoq; Iurisprudentiæ ope  
rem dedit, & in ea facultate adeò profecit, ut omni  
um applausu Legum Doctor creatus fuerit. Ade  
rat etiam docendi dexteritas & eloquentia singu  
laris. Itaq; factum ut in Academia Louaniensi Iuris  
professor constitutus fuerit. In eo loco per multos  
annos feliciter docuit, atq; inter reliquos docto  
res in magna authoritate fuit. Cùm hoc modo Ga  
briel omnibus ob uirtutes & eruditioñem innotu  
isset, Anno Christi 1535. ætatis uero 50 obiit, & apud